

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 5: De amore Dei (11)

Idem (Bernardus):

Non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus.
Quomodo enim grece loquentem non intelligit, qui grece non novit,
sic lingua amoris ei qui non amat barbara est.

Alioquin frustra ad audiendum legendumve amoris carmen,
qui non amat, accedit:
quoniam omnino non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus.
Quomodo enim grece loquentem non intelligit qui graece non novit,
nec latine loquentem qui latinus non est, et ita de ceteris,
sic lingua amoris ei qui non amat barbara erit,
erit sicut aes sonans aut cymbalum tinniens.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 79.1
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.272-3,
ll.20-22, 1-3).